



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten

Calino, Cesare

Augspurg ; Graez, 1744

VD18 80280064

In Festo Circumcisionis D.N.J.C.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49389)

IN FESTO
CIRCUMCISIONIS D. N. J. C.

I.

*Vocatum est Nomen ejus J E S U S,
Luc. 2.*

De Circumcisione Domini, & præcipuè
Sanctissimo Nomine J E S U *Mense X. Disc.*
278. pag. 63.

2.

*Consummati sunt dies octo, ut circumci-
deretur puer. Luc. 2.*

Itâne innocentissimus JESUS, natus vix
octo dies, plenam dolore circumcisionem pa-
tietur? & patietur pro peccatoribus? Pudeat
nos JESU pro nobis vulnerato deinceps am-
plecti voluptates, & deliciosè vivere. Si pec-
cavimus aliquando, si pœnitentiæ agendæ ob-
noxii sumus, si etiam, nullâ graviore noxâ
hucusque contractâ, perseverare deinceps in
statu Divinæ gratiæ volumus, vitam delica-
tam abominari, tanquam Christiano indignam,
debemus. *Mense VIII. Disc. 242. pag. 485.*

3.

Consummati sunt dies octo. Luc. 2.

JESUS vix natus jam legi Mosaicæ se sub-
jecit, quæ jubebat octavo die pueros circum-
n 2 cidi:

cidi : & subjecit se dolori acerbissimo, nullam prætendens excusationem. Exemplum nobis dare voluit, ut promptè mitteremus manum ad virtutem, & in eâdem semper progredere-mur. Alacriter igitur cum novo anno pieta-tis exercitium prosequamur ; quidquid enim egerimus, semper supererit, quod agamus : quòd si verò satisfecisse nos arbitrabimur, ipsi nos decipiemus, & magno nos periculo com-mitemus. *Mense VII. Disc. 188. pag. 98.*

4.

Consummati sunt dies octo. Luc. 2.

Hanc primam DEO Patri obedientiam publicè Christus præstitit, dum circumcidi secundùm legem voluit : secundùm eandem celebravit festa, observavit jejunia, docuit vixitque, factus obediens usque ad mortem, quia hanc obedientiam factus homo debere se DEO tanquam summo DOMINO noverat. Par est igitur, ut & nos per omnia DEO o-bediamus : cum novo igitur anno novum ser-vitutis nostræ homagium præstemus DEO su-premo D O M I N O. *Mense IX. Disc. 264. pag. 324.*